

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio ar
cum fontibus proximo et primis

Vnde Seneca loquens de Diogene,
et aliis, ep. 30. ait, quod obuios monuerit,
et in dicendo fuit constans suo modo,
et veridicus, nulli parcens, vt tactum est;
nec pro commodo,
vel emolumento veritatem omittens,
prout narrat Valerius de eo lib. 4. c. 3. quod,
cum ei, lauanti olera, Aristippus dixisset,
si Dionysium adulari velles,
id est illum tyrannum,
ista non ederes inquit ille, immo si tu ista ederes,
Dyonisium non adulareris,
scilicet blandiendo ei.

Dyogenes Siracensis
cum olera ei lauanti Aristippus dixisset:
Si Dyonisio adulari uelles,

ista non ederes; immo, inquit, si tu ista edere uelles,
Dyonisio non adulares.

Hic ueridicus ueritatis annuntiator,
malens oleribus sustentari
quam magnatibus adulari.

Valerius Maximus libro IIII. de memoralibus
dictis Romanorum.

Veridicus ergo fuit veritatis, et iustitiae annuntiator,
malens vilibus, et paucis sustentari,
quam magnatibus adulari.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 3.2.10 (Rome,
1655, pp.106-7).

Alexander Diogenem gradu suo diuitiis pellere temptat,
celerius Dareum armis.

Idem Syracensis,
cum holera ei lauanti Aristippus dixisset
'si Dionysium adulari uelles,

ista non esses', 'immo' inquit, 'si tu ista esse uelles,
non adularere Dionysium.'

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*,
4.3.ext.4 (J. Briscoe ed., p.255, ll.249-255).